



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 95. [i.e. 96.] Ambianum pactis conditionibus deditum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

castra convolarent: hinc si Hispani mox Sæcul. XVI.
Longum-pratum vel invasissent, aut con- A. C. 1597.
tinuata adhuc trepidatione hostem ag-
gressi fuissent, reportata abs dubio vi-
ctoria etiam urbem obsidione liberassent:
attamen Albertus Mansfeldii consilium
perperam secutus retrocessit, ac in loco,
ubi a tormentis hostilibus cuidam colli
impositis tectus esset, castra metabatur;
interea vero Galli Longum-pratum assi-
duo totius noctis opere firmiter munie-
bant, quo conspecto, agnitoque errore
Albertus Carolum Longe-Vallium Buc-
quoium Comitem cum mille Vasconibus
præmisit, ut pontem ex navibus con-
structum fluvio imponeret, eo fine, ut
expugnato Longum-prato illa ex parte
suis copiis liber regressus panderetur.
Id etiam Bucquoius mira celeritate ex-
equitur, Gallis inde feliciter repulsis:
strato igitur ponte Fabritius Samman-
gus cum trecentis peditibus, & magna
annonæ copia flumen trajicit, mox vero
Galli in eos tanto irruunt impetu, ut
una omnes interficerent, ac furore in
Bucquoium verso ipsum relicto ponte
auffugere compellerent.

§. XCV.

*Ambianum pacis conditionibus de-
ditum.*

Hist. Eccles. Tom. LII.

O In-

Sæcul. XVI
A.C. 1597.

Gallut. de
bello Belgico
l. 9.

Infaustus hujus expeditionis successus
Henrico Regi victoriam afferuit; cum
enim Longum-pratum ob potentissimi
exercitus propinquitatem, tormentorum
copiam, ac munitionum robur absque
maximo militum, imo & gloriæ dispen-
dio expugnari haud posset, aliunde au-
tem annonam advehendi opportunitas
assiduis hostium percursoribus inter-
cepta esset, Albertus Archidux ex
Mansfeldii, Mendozæ, Vegæ, Spinole,
aliorumque Belliducum consilio regredi
statuit: igitur die decima septima se-
ptembris orto mane omnes suas copias
perinde, ac si ad pugnam procederet, in
aciem instruxit, atque ordinibus nur-
quam interruptis, nullaque mora inje-
cta ceptum iter prosecutus, sub noctem
ad Berticurtium monasterium pervenit,
eum quidem Henricus Rex cum valido
fuorum agmine insequebatur; cum au-
tem Hispanos ad omnes eventus jam-
jam paratos tam lento pede, tamque im-
perterrita mente incedere cerneret, ut
potius necessitatis vi cedere, quam ab
hoste fugere viderentur, illos adeo non
aggredi ausus est, ut etiam hosti conce-
dendum esse ratus virtutis, & gloriæ te-
stimonium, palam ediceret, quod nu-
quam gentium milites essent, qui tam scite si-
gessissent, si que is ejusmodi peditatum in suo
exercitu haberet, universum orbem bello la-
cescunt

cessere non vereretur. Gallis itaque re infecta recendentibus Albertus proximis castris Dorlanum, inde vero Atrebatum nullo suorum dispendio sese recepit: Rex vero in castra reversus tubicinem Am- bianum misit, qui Montenigrio Marchioni nuntiaret, quod si statim urbem dedere vellet, amplissimas conditiones sibi polliceri posset: igitur rogato Belliducum consilio Marchio per tubicinem prius a Rege petiit, obtinuitque, ut Archiducem de præsenti urbis statu edocere, ejusque mandata percipere posset. Missi ergo sunt Fridericus Pacioltus, & Andreas Ortisius, per quos Albertus obfessis significabat, quod jamjam in tuenda urbe tam luculentum virtutis, ac fidei suæ specimen edidissent, ut Hispaniæ Regi plene satisfactum esset: nil ergo reliquum foret, nisi ut de honorificis conditionibus folliciti urbem Gallis trade- rent.

*Sæcul. XVI.**A.C.1597.*

§. XCVI.

*Deditio-
nis pa-
cta.*

Franciæ Rex, cum cæptæ obsidionis *Daniel. l.c.*
successum tum aeris intemperie, *Galluc. l.c.*
quam pertinaci obfessorum fortitudine
præpediri vereretur, hoc Archiducis
responsum ingenti animi lætitia exceptit,
nilque hæsitans in sequentes consensit
conditiones I. Gubernator militaribus

O 2 hono-